

& XX.

bucere malum pro malo. 5. Patientia in-  
 juria. 6. Supererogatio operum miseri-  
 cordia. 7. Compescere iuramentum &  
 verbum ociosum. 8. Vitare occasionem  
 peccandi. 9. Prudenter operari. 10. Face-  
 re quod doces. 11. Non esse sollicitum de  
 victu. 12. Correctio fraterna. *Quod postre-  
 mum tamen intelligendum esse voluerunt de  
 peccatis venialibus. Nam de mortali peccato esse  
 preceptum obligans semper, sed non ad semper,  
 scilicet dum utilis videtur esse correctio.*

57. *Et sane duodecim isthac consilia adeo no-  
 lunt esse precepta, nosq; obligare, ut Sorbona Pa-  
 risiensis contra Lutherum scribere minimè du-  
 bitaverit, si isthac pro preceptis haberi debeant:  
 tum nimirum illa fore onerativa Christiana reli-  
 gioni.*

58. *Sed nugae haec sunt, & mendacia, imo veri-  
 us blasphemia, quibus ipsi Christo salvatori in os  
 contradicitur, qui nullibi legitur duodecim ist-  
 hac capita tanquam consilia, & quidem à di-  
 Coqca & intermedia proposuisse: sed serio potius  
 illa mandasse & precepisse: id quod ex ipsis con-  
 cionibus Servatoris, quas ad gerras suas munie-  
 das citare solent, vel luce meridiana clarius patet.*

59. *Coronidis loco de virtutibus & operibus  
 gentilium, de quibus quæri solet, An fuerint bona  
 nec ne? per distinctionem respondendum esse ar-  
 bitramur: Fuisse nimirum ea bona, si ipsam eo-*

*rum*